Ἡ τῆς ἀνθολογίας Ἀνθολογία.

Florilegium

EPIGRAMMATUM

GRÆCORUM, EORUMQUE LATINO VERSU

à variis redditorum.

Authore THO. FARNABIO.

LONDINI,

Apud *E. T. & R. H.* pro *H. Passenger* ad Insigne trium Bibliorum in Ponte Londinensi, & *T. Sawbridge* ad insigne trium Ireon in vico vulgò vocato Little Britain. 1674.

EPIGRAMMATUM GRÆCORUM, FORUM-QUE LATINO VERSU

A variis reddiorum.

Auctore THO. FARNABIO.

VIRO

ILLUSTRISSIMO

DOMINO

SCUDAMORIO.

NOn gratius aliud ad ingenuas aures pervenit acroama laude, non ſonantius, quin & profligatiſſima nequitiæ mancipia tangit imò perſtringit, acerrimiſq; fodit ſtimulis vituperium. Hinc poſt elogia Epica, poſt ſuggillationes Satyricas, omne tulit punctum Epigramma, quod eſt ex naturâ verbi, Inſcriptio ſtatuis adfixa; ut obtinuit uſus, morum Cenſura, quippe quæ bonos meritâ laudis adoreâ cumulet, malos ignominiâ notatos ordine moveat. Unde auctoritas propè æqua indulta, utilitas certè major accepta Epigrammatis cretæ & carboni feratur, quàm ſibi ſpondeat Ethices ἀνέχου καὶ ἀπέχου, quâ ſibi arroget Politices Præmium & Pœna. Neque enim evanido fugientis vini, morientíſvé aceti marcore virtutes

rigat, vitia diluit; verùm vivido Arguti carminis illiuſque Brevis, ſpiritu animatũ, laude dignis divinos Nectaris hauſtus, improbis, non dico aloën & colocynthida, ſed cicutam & aconitum propinat: illos paſſis gloriæ velis evectos clarat & æternat; hos convitii velut fulmine afflatos traducit, infamiâ ſideratos funeſtat. In genere verò hoc demonſtrativo, licèt pleriſq; iiſq; naris emunctæ video placere, acria illa & vegeta ψεκλιγὰ, ingenii ſcintillas ſtricturaſque, facetias, riſus naſum, genuinum reprehenſionis dentem; quæ, quia ſalis acrimoniam ſapiant piperiſq; mordacitatẽ, ſalivã movent, pungunt, aculeúmq; poſt ſe relinquunt: plurimam tamen verámq; ſine exceptione laudem habent, alta illa atq; nobilia ἐγχωμιαστικὰ, bracteata atq; lemniſcata poëmata, moralia, rerũ pulchre geſtarũ perſonarúmq; ob virtutẽ laudationes, ἀγάλματα, Icones ἀναθήματα, Epitaphia. Namq; hæc illa ſunt, quæ gloriæ ſpe & famæ cupiditate animos ad acerrima optimarũ laudũ ſtudia acuunt, ad præclara facinora incendunt. Hæc illa ſunt, quæ hominem, imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium, fortunæ pilam, mortis trophæum æternitati vindicant: atq; ita vindicant, ut, nõ lateritiis tantùm molibus, fragilis gloriæ cuſtodibus, neq; truncis trophæis; ſed marmoreis etiam monumentis atque æreis ſuperſint. Arcus enim & aras ipſa-

que templa demolitur ætas, obſcurat oblivio, negligit carpitq; poſteritas: atque ubi interierint decantata illa orbis miracula; nomina tamen illuſtrium virorum qui vel togâ vel ſago claruerunt, qui virtute aliqua bene de vitâ meruerunt, adamantinis his columnis tanquam radio Solis inſculpta, inſtar æterni triumphi vigent, ibunt in omnia ſecula: hæc non temporum injuria aut ævi diuturnitas, quæ ſumma imis miſcet, obliterare valet, his non virtutis comes, eademque eminentis Fortunæ noverca Invidia obtrectare poteſt, oblatrare audet.

Quamvis autem utraque virtus, vituperii illa, hæc laudis, in Latinis epigrammatariis utpote obviis, manu complurium tritis & cuivis expoſitis eluceat: Græcis tamen, quibus & *ingenium & ore rotundo Muſa loqui dedit*, proprium hoc & quaſi gentile ſemper fuit, cives bene de patriâ aut genere humano meritos elogio aliquo & præconio mactare. Hoc cùm paſſim in ſcriptis eorum appareat, tum in Florilegio liquidiſſimè, è quo hunc, ſi non manipulum, pugillum certè ſelectum quà proprio uſu, quà amicorum rogatu impulſus, publici juris feci, adjectâ ex adverſo Latinâ doctorum aliquot virorum, necnon meâ interdum qualicunque verſione. Et tamen has, quas in tantum magni facio, Inſcriptiones

nomini

nomini Tuo, Vir Illustrissime, inscribere religio fuit, ne devenustaret illud levis utique labor & inglorius, quem infra studia Tua jacére, intra Tua de me merita longè esse duxeram. Cujus ære, fide bonâ, non nisi ex meo levari par fuerat, nisi fortè & hoc nomine mihi impetrabilior sit venia, paratior excusatio, quod ubi de proprio non essem solvendo, aliunde mutuum sumpserim. Quod superest, hoc qualecunque eo candore in manus Tuas perveniat oro quo offertur: digneriscque inter cultores nominis Tui olim admissum retinere, cum, qui voto & mancipi est

Nobilissimæ Tuæ Amplitudini addictissimus.

THO. FARNABIUS.

INDEX CAPITUM SIVE TITULORUM.

εἰς Ἀγῶνας. In Certamina. Pag. 3
Ἀμπελον. In Vitem. 5
Ἀναπήρους. In Mutilos. 5
Ἀνδρείαν. In Fortitudinē. 7
Ἀνθρώπινον βίον. In Vitam humanam. 9
Ἀνοήτους. In Stultos. 15
Ἀνταπόδοσιν. In Retributionem. 15
Ἀρετήν. In Virtutem. 17
Ἀστρολόγους. In Astrologos. 19
Αὐτάρκειαν. In Animum suo contentum. 19
Ἀνδριάντας. In Statuas & imagines. 21
Γάμον. In Nuptias. 25
Γῆρας. In Senectutem. 27
Γραΐας. In Anus. 27
Γραμματικούς. In Grammaticos. 29
Γραφίδα. In Calamum scriptoriûm. 29
Γυναῖκας. In Mulieres. 35
Δίκην. In Justitiam. 35
Δυσειδεῖς. In Deformes. 35
Ἔπαινοι. Laudes. 37

εἰς Ἐπιτάφια. Epitaphia. 39
Ἐρωτα. In Amorem. 43
Εὐχαρίστους καὶ ἀχαρίστους. In Gratos & ingratos. 53
Εὐχῶν. In Preces. 53
Ζῶα. In Animalia. 55
Ζωγράφους. In Pictores. 55
Θάνατον. In Mortem. 57
Θεούς. In Deos. 59
Ἰατρούς. In Medicos. 59
Ἵππους. In Equos. 65
Καιρόν. In Occasionem. 65
Κάλλος. In Pulchritudinem. 67
Κιθαρῳδούς. In Citharœdos. 69
Κλέπτας In Fures. 69
Κόλακας. In Adulatores. 69
Κουρέα. In Tonsorem. 71
Κωφούς. In Surdos. 71
Λαμπρούς. In Helluones. 71
Λεπτούς. In Tenues. 73
Λουτρά. In Balnea. 73
Μανιώδεις. In Furiosos 75
Μαθήματα. In Mathemata. 75
Μεθύσους. In Ebrios. 75

Μετεώρα

Μετριότητα. In Mediocritatem. 77
Μετρίαν. In Novercam. 79
Ναόν. In Templum. 79
Ναυαγήσαντας. In Naufragos. 79
Νῆας. In Naves. 81
Οἶνον. In Vinum. 81
Ὀρχηστάς. In Saltatores. 85
Ὄρνις. In Aves. 85
Παραμυθίαν. In Consolationem. 87
Παραβεισάς. In Terminorum Tranſgreſſores. 87
Πατρίδα. In Patriam. 87
Πλουτοῦντας. In Divites. 89
Ποιητάς. In Poëtas. 91
Πονηρούς. In Malos. 95
Πυραμίδας. In Pyramidas. 95
Ῥήτορας. Rhetores. 95
Ῥώμην. In Romam. 97
Σιωπήν. In Silentium. 97
Σύγκρισιν. In Comparationem. 99
Σωφρονεῖν. In Temperantiam. 99
Τύχην. In Fortunam. 101
Ὑβριστάς. In Injurios. 103
Φειδωλούς. In Parcos & Avaros. 103
Φθόνον. In Invidiam. 105
Φιλίαν. In Amicitiam. 107
Φιλοσόφους. In Philoſophos. 109
Φρόνησιν. In Prudentiam. 111
Φροντίδας. In Curas ſolicitas. 113
Χρόνον. In Tempus. 113
Χωλόν. In Claudum. 113

Selectorum Epigrammatum Græcorum versio Latina.

IN CERTAMINA ET ATHLETAS.

Archiæ. T. F.

Quatuor insigni celebrat certamina ludo
Græcia, bina Deis, bina sacrata viris.
Illa Jovi & Phœbi, Melicertæ hæc Archemoroque,
Præmia sunt, pomum, pinus, oliva, apium.

Ang. Politiani. T. F.

Victor Olympiaco Jovis in certamine olivam,
In Pythico Phœbi præmia poma tulit.
Præstitit Isthmiacâ è pinu Melicerta coronam.
Tu, Archemore, in Nemeâ proposuisti apium.

Simonidis. T. F.

Isthmia Philonis Diophon & Pythia vicit,
Jactâ, hastâ, saltu, disco, cursu, atq; palæstrâ.

Luciani. T. F.

Si piger es cursor, lurco impiger; instrue dentes
Ad cursum solis, mande cibum pedibus.

IN IMPOSSIBILE.

Luciani. T. F.

Æthiopem quid stulte lavas? Frustra; neq; enim ipsâ
Clarabis Solis lampade noctis equos.

In

ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ἑλληνικῶν ἀνθολογίας ἐπλογή.

Εἰς ἀγῶνας καὶ ἀγωνίσας.

Ἀρχίου. α.

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱεροί·
Οἱ δύο μὲν ἀπτῶν θεοί δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, Ἀπτίδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο,
Ἄθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. 140

olivier sauvage.

Cui Ep. quia facem præfert hoc *Ang. Politiani* subjiciendum curavi.

Ζηνὸς ὀλύμπια νικῶντες φέρουν ἀγγέλλαντες,
Μῆλα δ' Ἀπόλλωνος πυθικὸς ἦρεν ἀγών.
Ἰσθμιακὸν δὲ πίτυν πόρεν ἰνὼ μελικέρτας.
Σὺ δὲ σέλιν' ἐπίδεις ἀρχέμορ' ἐκ νεμέας.

Σιμωνίδου. α.

Ἴσθμια, καὶ Πυθοῖ Διοφῶν, ὁ Φίλωνος ἐνίκα,
Ἄλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Λυκιανοῦ. β.

Εἰ ταχὺς εἰς τὸ φαγεῖν, καὶ πρὸς δρόμον ἄμβλυς ἱκάνεις,
Τοῖς ποσὶ σου πρῶτα, καὶ σχέτλιε τῇ γαστρί.

Εἰς Ἀδύνατον.

Λυκιανοῦ. β.

Εἰς τί μάτην γίγδεις δίκας ἰνδικὸν ἔχων τὸ χρῶμα,
Οὐ δύνασαι προφέρειν νύκτα καὶ ἡμέραν.

IN VITEM. *Incerti.* I. Gorræus, &c.

Quis nondum mitem tenerâ de vite racemum
Immiti rapuit ſacrilegaque manu?
Semeſumq; viâ mediâ projecit, acerbus
Quòd triſti ſenſu ſtrinxerat ora ſapor?
Sentiat infeſtum Bacchum novus iſte Lycurgus
Auſus creſcentem perdere lætitiam.
Namq; hinc fortè aliquis poterat vel ludere verſu,
Solicitos curas vel jugulare mero.

IN MUTILOS. *Philippi, ut alii Iſidori.* L. Martellus.

Claudus hic, ille ocùlis captus, ſuæ uterq; viciſſim
Quod deerat ſorti contribuêre ſibi.
Claudum namq; humeris dum ferret cœcus, ab illo
Edoctus, rectâ conficiebat iter.
Hoc docet in duris quæ ſævit rebus egeſtas,
Mutua & alternâ damna rependit ope.

Platonis junioris. T. Morus.

Cœcus claudipedem geſtat; prudenter uterq;
Rem gerit; hic oculos locat, ille pedes,
In ſemitabidum petentem ab Adriano rege cibum. Antiphili. P. Meliſſus & H. Stephanus.
Pars media eſt defuncta, fame pars altera tabet:
Serva, O rex, noſtrum muſicon hemitonum.

Reſponſum Regis. Steph. & Bellicarius.

Utrumq; offendis, Plutonemq; & Phaëtontem,
Illum, non adiens, hunc etiam adſpiciens.

IN

Ἐπιγράμματα ἐπλεκτά.

Εἰς Ἀμπελον. Ἀδήλου. α.

Τίς ποτ' ἀκηδίης οἰνοπρόφρον ὄμφακα βάκχου
Ἀμπέλου ἀμπελίνου κλήματος ἐξέτραμε;
Χείλεα δὲ σφοδρὴς χαμάδις βάλεν, ὡς ἂν ὀδίτης
Εἴη νεισομένοις ἡμιδαὲς σκύβαλον;
Εἴη δὲ Διόνυσος ἀναίρεσις, ὅτα Λυκούργῳ,
Ὅππι μιν αὐξομένας ἔσβεσαν εὐφροσύνας.
Τοῦ δὲ καὶ ἀμπάχα τις διὰ πώματος ἢ σφεὶς ἀοιδὰς
Ἠλύθετον, ἢ χρεοῦ κήδεος εἶχε λύσιν.

Εἰς Ἀναπήρους. Φιλίππου, ὁι ἦ Ἰσιδώρου. α.

Πηρὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασιν. ἀμφότεροι δὲ
Εἰς αὐτοὺς τὸ τόχης ἐνδιὲς ἠρέθισαν.
Τυφλὸς γὰρ λιπόγυιον ἐπωμάδιον βάρος ἄρας,
Ταῖς κείνου φωναῖς ἀτρεκὲς ἁρθοβάτει.
Πάντα δὲ τοῦτ' ἐδίδαξε πικρὴ πάντολμος ἀνάγκη
Ἀλλήλοις μερίσαι πυλλιπὲς εἰς ἔλεον.

Πλάτωνος νεωτέρου. α.

Ἀνερὰ τις λιπόγυιον ὑπὸ νώτοιο λιπαυγὴς
Ἦγε, πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος.

Εἰς ἡμίξηρον ἀπήνην Ἀδριανοῦ ✝ βασιλέως τροφῆν. α.

Ἡμισύ μου τέθνηκε· τὸ δὲ ἥμισυ λιμὸς ἐλέγχει·
Σῶσον με βασιλεῦ μαυσικὸν ἡμίτονον.

Ἀπόκρισις τοῦ βασιλέως. α.

Ἀμφοτέρους ἀδικῶ, καὶ Πλουτία, καὶ Φαέθοντα·
Τὸν μὲν, ἔτ' ἐσθίοντα, τὸν δ' ἀπολεσσόμενον.

IN FORTITUDINEM ET FORTES.

Ignoti, in Lacenam. Urs. Velius.

In patriam amissis armis rediisse virago
Ut vidit natum fortè Lacæna suum,
Obvia transadigens librato viscera ferro,
Hæc super exanimem masculà verba dedit:
Degener O Spartes soboles, hinc te aufer ad umbras,
Aufer, nec patre hoc edite, nec patria.

Archiæ. I. Gorræus, &c.

Perdere quem pridem timuerunt prœlia, morbo
Nunc intestino captus, ut hoste, premar.
Quin age per pectus, mucro. Sic ire sub umbras,
Et morbum ut bellum vincere morte, juvat.

Hectoris verba à Danais post mortem vulnerati.

Post mortem, Danai, nostrum configite corpus:
Et lepores audent cæso insultare leoni.

Alcæi Messenii. F. Bellicarius.

Mœnia stellati, Saturnie, profer Olympi,
Protegat augustos ærea porta Deos.
Subjecit sceptro terram pontumq; Philippus,
Quæ ferat in cœlum sola relicta via est.

Alphæi Mitylenæi. Faustus Sabinus.

Claude, Deus, magni validissima limina Olympi,
Arcem custodi Juppiter ætheream.
Jam mare jam tellus hastæ est subjecta Quiritum,
Restat inaccessi callis ad astra poli.

Εἰς Ἀνδρείαν καὶ Ἀνδρίχον.

Ἀδήλου εἰς Λάκαιναν. α.

Γυμνὸν ἰδοῦσα Λάκαινα παλίντροπον ἐκ πολέμοιο
Παῖδ' ἑὸν ἐς πάτραν οἰκία ἴχνια πόδα,
Αὐτίκ' ἀΐξασα, δι' ἅπαντος ἤλασεν ἀγχίν
Ἀρρένα ῥιξαμένην φθόγγον ὅπι κταμένῳ,
Ἀλλότειον Σπάρτας (εἶπεν) γόνον, ἔρρε ποθ' ἁμᾶς,
Ἐλθὲ, ἐπεὶ ἐκφεύσῃ πατρίδα καὶ γενέτην.

Ἀρχίου. α.

Θὴν πόλεμος δηλεῖται ἐκ οὔλεσε, νωῖν ἀπὸ νόσου
Θλίβομαι ἐκ δ' ἰδίης τήκομ' ὅλος πολέμου.
Ἀλλὰ διὰ στέρνων ἴθι φάσγανον· ὡς γὰ ἀείσεις
Θνήξομαι ἀσπασάμενος καὶ νόσον ὡς πόλεμον.

Οἱ τῦ Ἑκτορος λόγοι ἀπὸ Ἑλληνίων πτερωσκομένου. α.

Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον ἐμὸν δέμας, ὄφρα καὶ αὐτοὶ
Νεκρῷ σώματι λέκτρου ἐφυβρίζητε λαγχάνοι.

Ἀλκαίου Μεσσηνίου. α.

Μακύνει τείχη, Ζεῦ Ὀλύμπιε, ῥῆξιν ἀλίπτου
Ἄμβατα. Χαλκείας πλῆσε πύλας μανίας. κλ-γμ.
Καὶ γὰ χθὼν καὶ πόντος ἀπὸ σκαιᾶ πέφρισι Φιλίππου
Δίσμαντα, λοιπὰ δ' ἀ περὶς Ὄλυμπον ἁλίς.

Ἀλφεοῦ Μιτυληναίου. α.

Κλῆε θεὸς μεγάλοιο πύλας ἀκμῆτας Ὀλύμπου,
Φράζευ Ζεῦ ξανθέαν ἀιθέρος ἀερόπολιν.
Ἦλυ γὰ καὶ πόντος ἐπίζαντα δοὺς Ῥαῶπις,
Καὶ χθὼν· θερσίπη δ' ὅιμος ἐπ' ὄκ' ἄβατος.

Dionysii. I. Gorræus.

Calliope custos facunda Heliconis, Homerum
Producas alium nobis: venit alter Achilles.

IN VITAM HUMANAN.

Archiæ. T. F.

Jure aliquis laudet Thracas, quia pignora defient,
In lucem veniunt matris ut ex utero.
Tum quia defunctos & ab omni parte beatos
Censent, fatidicæ quos repuêre Deæ.
Quippe sciunt homines natos, mala in omnia, pace
Certâ donatos lætitiâque frui.

Posidippi, ut alii, Cratetis Cynici. I. Gorræus.

Quodnam iter insistas vitæ? discordia toto
Magna foro & lites; cura molesta domi est;
In terrâ atq; agris labor arduus; æquore terror;
Externáq; bonis in regione times.
Esse inopem durum est; multæ cum conjuge curæ,
Si sociâ careas conjuge, solus eris.
Nati discruciant, orba est sine pignore vita;
Est amens juvenis, languidióq; senex.
Quare opta aliquid rutrum; vel nunquam luminis auras
Hausisse, aut natum mox obiisse diem.

Huc elegantem *V. C L.* Domini Verulamii
παροιμίαν adjicere adlubuit.

The world's a bubble, and the life of man,
less than a span,
In his conception wretched, from the womb,
so to the tomb,

Curs

Διονυσίου. α.

Καλλιόπη πολύμυθε μελισσοβότα Ελικῶνος,
Τίκτε μοι ἄλλον Ὅμηρον, ἐπὴ μόλεν ἄλλος Ἀχιλλεύς.

Εἰς Ἀνθρώπινον βίον. Ἀρχίου. α.

Θρήϊκας αἰνείτω τις, ὅτι σπαργάνοισι μιν ἤκας,
Μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχόμενος.
Ἐμπαλι δ' ὀλβίζουσιν ὅσους αἰῶνα λιπόντας
Ἀσπαίρουσ' ἀνέων λαγόνος ἔμαρψε μόρος.
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες, ἀεὶ παντοῖα πιρῶσιν
Εἰς κακά· τοὶ δὲ κακῶν δοῦπον ἄκουσ' ὀφθίμενοι.

Ποσειδίππου, οἱ δὲ, Κράτητος τοῦ κωμικοῦ. α.

Ποίην τις βιότοιο τόμοι τείβοντ'; ἢν ἀγορῇ μὲν,
Νείκεα καὶ χαλεπαὶ φρίξιες. ἢν δὲ δόμοις,
Φροντίδες. ἢν δ' ἀγροῖς, καμάτων ἅλις· ἢν δὲ θαλάσσῃ,
Ταὐτὸν· ἐπὶ ξείνης δ' ἢν μὴ ἔχῃς τι, δέος.
Ἢν δ' ἄπορος, ἀνιηρόν· ἔχεις γάμον; οὐκ ἀπιείκεια·
Εὐτεκνία; μεριμνᾶς· ζῇς ἔτ' ἐρημότερον.
Τίκτα, πόνοι· πήρωσις, ἄπαις βίος· αἱ νεότητες,
Ἀφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀνδράσιν.
Ἢν ἄρα πῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδ' ἅπαξ, ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα πεπτόμενον.

Quam παροιμίαν è nostrati bonâ nos Græcam qualemcunq; sic fecimus, & rhithmicè.

Κόσμος πεμφολυγηρὸς, ἀνὴρ τάλας, ἀνδρὸς ὁ αἰὼν
Μῦθος ἔχει σπιδαῖον.
Σχέτλιος ὢν δὲ πολύμ', ἀπὸ μαζέρος ὠμοτόκοιο,
Κ' ὕπνος μίχρι τάφοιο.

ἀμφορεὺς - qui accourche avant terme, qui avorte.

Curst from the cradle, and brought up to years
with cares and fears:
Who then to frail mortality shall trust,
But limmes the water, or but writes in dust.

Yet since with sorrow here we live oppress:
what life is best?
Courts are but only superficial schools,
to dandle fools.
The rural parts are turn'd into a den
of savage men.
And where's a city from all vice so free
But may be term'd the worst of all the three?

Domestick cares afflict the husbands bed,
or pains his head.
Those that live single take it for a curse,
or do things worse.
Some would have children, those that have them, none,
or wish them gone.
What is it then to have or have no wife,
But single thraldom, or a double strife?

Our own affections still at home to please,
is a disease;
To cross the sea to any forrein soyl,
perils and toyl,
Wars with their noise affright us: when they cease,
We are worse in peace.
What then remains? but that we still should cry,
Not to be born, or being born to die.

Σπαργανίων παρ' ἐπάρατος, ἐν συγγενέσι χθόνιοι
Τερπόμενος, ἐν τε φόβοισι.
Ος τ' οὖν τῷ ξηρῷ ψαθύρῳ πίσυν παραθήσει
Εἰς ὕδωρ γεφύσει, κύφω κοίλῳ τ' ἀνοχήσει.

Αλλ' ὅπου ἔν τε λάκκοι καὶ ὀρυγοὶ ἔνθα βιῶμεν,
Πῶς βίοτον διαγώμεν;
Τυμβάσιον πλέπτει φλοὸς ἄρα λήρωδες αὐλὴ
Καὶ μυερτέφος αὐγή.
Χωρία καὶ ἀγροικίαι ἀνδρῶν εἰσὶν ἀχρήστων
Ωμοφαγίων τε κατοικία.
Τῶν δὲ τειῶν ζητῶν εὑρήσεις ἔνδον κάκιστον
Μηδὲν ἀτασθαλίας, ἄδικον, δολερόν τ' ἀθέμιτον.

Τὴν γαμικὴν ἑορτὴν οἰκεῖα αἰσιμνᾶται βιάζει,
Ηκεφαλὴν ἀνιάζει.
Οἱ μὲν πῆμα πάθους ἀχάμπτοι κηδεύσειεν,
Ηὲ ἀναδρῶσι τὸ χρέων.
Τέκνα, πόνοι πίσωσις ἅπασι βίος. ἔνθ' ὀλυφυγμὸς
Ενθα δὲ πικρὸς ὀδυρμός.
Αλλο τὸ δ' γαμικὸς βίος ἔσχεν ἀπειρογαμούς τε,
Πλὴν ἁπλῆς μὴ δουλοσύνης, ἁπλῆς ἔρεθός τε;

Οἶκοι ἀεὶ μέναι πολλοῖς νόσον ὥρτι βαρεῖαν,
Καὶ δακέθυμον ἀνίαν.
Νωθὴς ἄλδος ὑγρὰ ταμεῖν, λεῖπουσα πάτρης πολιήτρων
Κἠλυθος ἐς ἐπ' ὄλεθρον.
Εκπλήσσει πολέμοιο βοὴ· αὐτὰρ εἰρήνη
Δηιοτῆρ' ὄφρ' ἀλίνηται.
Ηὲ ἄρα τοῖν δυοῖν ἐνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μὴ δέπατ', ἢ πὶ αὐτίκα τικτόμενον θανέεσθαι.

Ex contrario verisimilia. Metrodori. I. Gorræus.

Quam tu cunq; voles vitam sectare, diserto
Gloria magna foro; vita quieta domi:
Plurima inest agris naturæ gratia; lucrum
In pelago; peregrè, si quid habebis, honos; (sta
Scis te inopem solus; Domus est cum conjuge hone
Vives, si nolis ducere, liberior;
Gratus amor sobolis; nulla est sine pignore cura;
Ætas est juveni firma, verenda seni.
Non ergo optandum nunquam natum esse, morive
Quamprimùm; namq; est vita referta bonis.

Luciani. Venatorius.

Omnia nos fugiunt, nil non mortale tenemus:
Et si non fugiunt, nos tamen hæc fugimus.

Palladæ. T. Morus.

Nudus ut in terram veni, sic nudus abibo,
Quid frustra curo, funera nuda videns?

Ejusdem. F. Bellicarius.

Vita, anceps maris est cursus; jactamur in alto,
Sæpeq; naufragiis nos graviora manent.
Cœca regit clavum dubiæ Rhamnusia vitæ,
Incertosque suo dirigit arbitrio,
Adversum his rursum spirans, illisq; secundum:
Unus sed sub humo portus utrosq; manet.

Ejusdem

Εκ τῶ ἑνδεκάτω παλατινῶ. Μηδαδόρω. α.

Παντοίην βίοτοιο τάμοις τέχνην. ἐν ἀγορῇ μὲν, prudent.
Κήδεα καὶ πυκιναὶ φρήξιες· ἐν δὲ δόμοις, sage-
Ἀμπαυμός· ἐν δ' ἀγρῷ, φύσεος χάριες, ἐν δὲ θαλάσσῃ
Κέρδος· ἐν ξείνης ἦν μὲν ἔχῃς τι, κλέος·
Ἢν δ' ἀπορῇς, μόρος· οἶδας· ἔχεις γάμον; οἶκος ἄεικος·
Ἔσεται· ἢ γαμίης; ζῆς ἔτ' ἐλαφρότερον.
Τέκνα, πάθος· ἄφρουτις ἅπασι βίος· αἱ νεότητες;
Ῥωμαλέαι· πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἐυσεβέες·
Οὐκ ἄρα τῶν δοκέων ἔνδοξα ἕξεσις, ἢ τὸ γηρᾶσαι
Μηδέποτ' ἢ τὸ θανεῖν· πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίῳ.

Λουκιανοῦ. α.

Θνητὰ τὰ ὧν θνητοῖς, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς.
Ἢν δὲ μὴ, οὐδ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

Παλλαδᾶ. α.

Τῆς ἐπίβην γυμνὸς, γυμνὸς δ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι.
Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος;

Τῦ αὐτῦ. α.

Πλοῦς σφαλερὸς τὸ ζῆν. χειμαζόμενοι γὰρ ἐν αὐτῷ.
Πολλάκις ναυηγῶν παιόμεθ' οἰκτρότερα.
Τὴν δὲ πολὺν βιότοιο κυβερνήτιδα ἔχοντες,
Ὡς ὅτε τις πελάγους, ἀμφίβολοι πλέομεν·
Οἱ μὲν, ἐπ' οὐρίοιν, οἱ δ' ἔμπαλιν. οὐδ' ἅμα πάντες
Εἰς ἴσα τὴν χθονὸς ὄρμον ἀπερχόμεθα.

Παλλαδᾶ

Ejuſdem. I. Secundus.

Vita hominum ſcena eſt luſuſque; aut ludere diſcas,
Sepoſitis curis, aut miſeranda feras.

Ejudem. G. Buchananus.

Si te fata ferant, fer fata: ferere: ferentem
Fata ferunt; rapiunt ſi minus illa feras.

Incerti.

Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra.

Palladæ. A. Alciatus.

Flens ego ſum natus, ducentur funera fletu,
Tranſacta innumeris vita fluit lachrymis;
O miſerum mortale genus, lachrymabile & ægrum
Quod factum ex limo denuò limus erit.

Incerti. I. Secundus.

Omnia ſunt riſus, ſunt pulvis, & omnia nil ſunt:
Res hominum cunctæ nam ratione carent.

Luciani. H. Stephanus.

Felici brevis eſt vita omnis: ſed miſer unam
Noctem ſexcentas cenſet Olympiadas.

IN STULTOS. *Ignoti.* H. Steph.

Pulicibus ſtultum mordentibus, ille lucernâ
Extinctâ, haud jam me conſpicietis, ait.

IN RETRIBUTIONEM.

Leonii. D. Eraſmus.

Ajaci gladium dedit Hector, balteum at Ajax
Hectori, utriq; ſuum donum erat exitio.

Eveni

Παλλαδᾶ. α.

Σκληρὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν,
Ἢ μὰ σὺ σοφὴ μεθαδεῖς, ἢ φέρε τὸς ὀδύνας.

Τᾶ αὐτᾶ. α.

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου· εἰ δ' ἀγαμακτεῖς,
Καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.

Δήλιον. α.

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κώλικος καὶ χείλεος ἄκρα.

Παλλαδᾶ. α.

Δακρυόεντα γινόμενα, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον ἔυρον ὅλον.
Γῆς ἀνθρώπων πολυδάκρυον, ἀθανὲς, οἶκτρὸν,
Συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον.

Δήλιον. α.

Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν.
Πάντα γὰρ ἐξ ἀλόγων ὄντι τὰ γενόμενα.

Λουκιανᾶ. α.

Τοῖσι μὲν ἔυ πεφάνυσι πᾶς ὁ βίος βεβαιώς ὄτι·
Τοῖς δὲ κακῶς, μία νυὺξ ἀπλετὶς ὄτι χρόνος.

Εἰς Ἀγοήτους. Δήλιον. β.

Σβεσε τὸν λύχνον μῶρος, ψυλλῶν ὑπὸ πολλῶν βιαζε-
Δακνόμενος, λέξας, κἀκὰ σοι βλέπουσι.

Εἰς Αὐτοπάδοσιν. Λεοντίου. γ.

Πῦρ Αἴαντι ξίφος ἔπασεν, ἔκτανε δ' Αἴας
Σαυτὸν, ἀμφοτέρων ἡ χάρις οὐκ ἀδίκαιον.

Εὐλω-

Eveni. Vitis ad bircum. Ovidius.

Rode caper vitem, tamen hinc, cum ſtabis ad aras,
In tua quod fundi cornua poſſit, erit.

IN VIRTUTEM.

Quænam dixerit verba Juno, Herçule in Deum relato, I. Gorræus.

Jam tuus, Alcide, genitor penſavit honore
Virtutem merito. Nam poſt certamina dura
Immortale tibi nomen peperere labores.

In idem. I. Gorræus.

Hæc tibi poſt ſummos eſt gratia ſacra labores,
Sede frui, quam nemo priùs ſit nactus honoris.

Oneſti. I. Gorræus.

Sudaſti ſummum ſcandens Helicona; ſed inde
Pegaſidum irriguis nunc ſatiaris aquis.
Sic iter eſt durum Sophiæ: ſed culmine in ipſo
Præmia Pieridum digna labore feras.

Pauli Silentiarii. I. Gorræus.

Non te fortunæ tollat felicior aura;
Sed neq; demiſſum cura moleſta premat.
Vita etenim dubiis fortunæ vapulat Auſtris,
Huc illuc ſubitis exagitata malis,
At virtus veluti rupes immota reſiſtit;
Hac vitæ fluctus ne vereare duce.

IN

Εἰλώτ. Οἶνος πρὸς τέκνον. α.

Κἂν μὴ φάγῃς δηὖ εἶζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
Οσσον ὀπασσῖσαί σοι τέκνα θυομένῳ.

Εἰς Ἀρετήν.

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Ηρακ. ἀποθνῄσκων Θησεῖ Ηρακλέους.

Σῦς ἀρετῆς ἱδρῶτι καλὴν ἀνέβαλλον ἀοιβήν
Σὸς γνήτης Ηρακλεὴς ἔπεσι πόνος ἀάσατον ἔυχος·
Αἰθράσιν ὄιδειν ἄγειν μετ' ἀοιδέοντα κώκλον ἀέθλων.

Εἰς τὸ αὐτό. α.

Σὴ χάριν ἐξετέλεσσε πόνος καὶ ἀθέσφατος ἱδρώς,
Χῶρον ἔχειν πολύολβον, ὃν οὐ πάρος ἔλλαχεν ἀνήρ.

Ονίσιμ. α.

Ἀμβαίνων Ελικῶνα μέγαν κάμες· ἀλλ' ἐπορήθης
Πηγασίδος κρήνης νεκταρέων λιβάδων.
Οὕτω καὶ σοφίης πόνος ὄρθιος· ἦν δ' ἀρ' ἐπ' ἄκρον
Τέρμα μόλῃς, ἀρύσῃ Πιερίδων χάριτας.

Παύλῳ Σιλεντιαρίῳ. α.

Μήτι βαθυκτεάνοιο τύχης κοῦφίζεο ῥοίζῳ.
Μήτε σὺ γραμμῇ φερνὶς ἐλαθιχείην.
Πῶς γὰρ ἀναιδέσσι βίος πολεμίζεται αἰσχροῖς;
Τῶν κε μεμαυῶς ἀγαμενὸς ἀγαμενόμην.
Ἀλλ' ἀρετὴν, σαθρόφρον, καὶ ἀτειρέα θυμὸν ἔθηκε
Κύριος Ἀρσακίδης πολλοπόνοις βιότοις.

IN ASTROLOGOS.

Palladæ. Urſ. Velius.

Fare age, qui cœlum metiris & ultima terræ,
Cùm tibi de modicâ ſit breve corpus humo:
Te prius explora, te noſce: hinc climata mundi
Tam vaſti meliùs tu numerare potes.
Corporis at ſi non glebam metire puſilli,
Quî potes innumeræ noſſe rei numerum?

IN SUFFICIENTIAM, SIVE ANIMUM SUO CONTENTUM.

Parmenionis Macedonis. I. Gorræus.

Læna mihi vilis ſatis eſt: nulli aſſecla menſæ
Servio, Pieridum jam ſatiatus aquis.
Divitias odi ſtultas, contemno potentum
Faſtus; parca mihi, at libera cœna placet.

Alphæi Mitylenæi. I. Gorræus.

Agros non ego fértiles peropto,
Nec quæ ditis opes fuere Gygis:
Illud quod ſatis eſt amo, Macrine
Mî, Ne *quid nimium* nimis probatur.

Ignoti. ex Auſonio, contractius.

Vidit apud manes dolî canis incola Crœſum,
Et ridens dixit, Quid tibi divitiæ
Nunc proſunt, regum rex ô ditiſſime? quum ſis
Sicut ego nudus, me quoque pauperior.
Nam quæcunque habui mecum fero: quum nihil
Ex tantis tecum, Crœſe, feras opibus.

Εἰς Ἀστρολόγους, Παλλαδᾶ. β.

Εἰ πὶ πόδας σὺ μετρεῖς κόσμου τὰ φαινόμενα γαίης,
Ἐξ ὀλίγης γαίης σῶμα φέρων ὀλίγον.
Σαυτὸν δ' εἰθύνεσον πρὸς πέρας, μὴ γνῶθι σαυτόν,
Καὶ τίς τ' ἀνθρωπίνης γαῖα ἀπειρεσίην.
Εἰδ' ὀλίγον πολλὸν τὸ σῶμα καὶ ἀπειθμεῖς,
Πῶς δύνασαι χαῶναι τὴν ἀμέτρων τὰ μέτρα;

Εἰς Αὐτάρκειαν.

Παρμενίωνος Μακεδόνος. α.

Ἀρκεῖ μοι χαλαίης λίβὸν σκέπας ὑδὲ τραπέζας
Ἀκλεύσω, μυσίων ἄνθεα βοσκόμενος.
Μισῶ πλοῦτον ἄϋουν, κολάκων τροφόν. ὑδὲ παρόψω
Σπεύσομαι· ὀλίγης δ' αἶψ' ἐλαθεῖσα.

Ἀλφειοῦ. Μιτυληναίου. α.

Οὐ στέργω βαθυλπίνης ἀρούρας, λιμὴν, πολίοσσι
Οὐκ ὄλεθρον πρηὺ χεῦσον, ὀϊστὲ Γύγεω.
Αὐτάρκης ἔφαμαι βίος, Μακρῖνε.
Τὸ μηδὲν γὰ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

Ἄδηλον. α.

Ἐλθὼν εἰς Ἀΐδαν ὅτε δὴ ποθὸν ἤνυσα γῆρας
Διογένης ὁ κύων, Κροῖσον ἰδὼν ἰγέλα.
Καὶ φράσας τὸ γέρων τὸ βεβιωμένον ἤμυσε κεφαλῇ
Τῷ πολλὼν ἐν πενιῇ χρυσὸν ἀμησάμενος.
Εἶτεν, ἐμοὶ μὲν ἐοῦν πλοῦτον τόνδ' ὄπασε δαίμων,
Πάντα δ' ἐρημοσύνῃ ἐμοὶ, Κροῖσε, σὺ δ' ὅλβον ἔχεις.

Luciani. Tho. Beza.

Utere divitiis tanquam moriturus, & idem
Tanquam victurus parcito divitiis.
Felix qui vitæ & mortis sic dividis annos,
Vita tibi ut condat, mors tibi promat opes.

Theognidis. L. Martellus.

Non amo divitias, non opto: vivere tantùm
Ex paucis liceat, dum mala nulla premant.

AGALMATA SIVE STATUÆ ET SIMULACHRA.

In statuam Jovis Olympici. V. Velius.

Aut Deus ostendens statuam descendit Olympo,
Spectatum aut plastes venit in astra Deum.

In vaccam. Myronis. V. Velius.

Aut vaccam hanc circum velavit ahenea pellis,
Aut vis huic æri vivida subtùs inest.

In eandem. T. F.

Exprimet hanc vocem tibi visa hæc vacca Myronis.
Aut est exanimis natura, aut ars animata.

In eandem. H. Stephanus.

Naturæ in vaccâ fuit hac certamen & Arti;
Tandem utranque Myron donat honore pari.
Nam si oculis credas, naturæ ars jus sibi sumit;
Tangas, natura est par similisque sibi.

Ἀνακρέοντος. α.

Ὡς τὸν ἀνηξάμενος, τὴν σὴν ἀγαθὴν ἀπόλαυε.
Ὡς δὲ βιησάμενος, φεύξεο σὴν κεφαλήν.
Εἰ δ' ἀνὴρ σοφὸς ἦτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας
Φεύξεῖ καὶ δαπάνην μίζον ἐφημόσατο.

Θεόγνιδος. α.

Οὐκ ἐθέλω πλουτεῖν, ὑπὲκ ἔυχομαι· ἀλλά μοι εἴη
Ζῆν ἀπὸ τῆς ἐλέγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν.

Ἀγάλματα καὶ Εἰκόνες.
Εἰς τὸ τοῦ ὀλυμπίου Διὸς ἄγαλμα. δ.

Ἡ Φειδὶς ἦλθ' ἐπὶ γαῖαν ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων,
Φειδία, ἣν σύ γ' ἔβης ἐς θεὸν ἀφόμβος.

Εἰς τὸν Μύρωνος βοῦν. Ευήνε. δ.

Ἡ τὸ δέρας χάλκειον ὅλον βοῒ τῷδ' ὁπότειτα
Ἐκτοθεν, ἢ ψυχὴν ἔνδον ὁ χαλκὸς ἔχει.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων.
Εἰς τὸ αὐτό. δ.

Ἰδρὶν τὸν δὲ Μύρωνος ἰδὼν, τάχα τοῦτο βοήσεις,
Ἡ φύσις ἄπνοός ἐστιν, ἢ ἔμπνοος ἔπλατο τέχνη.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ωὐτὸν. δ.

Ἐν βοῒ τῷδ' ἐμάχοντο φύσις καὶ πότνια τέχνα,
Ἀμφοτέρῃσις ἦν Μύρων ἶσον ὄπαζε μέρος.
Ἐρχομένοις μὲν γὰρ φύσις κρείσσων ἦν πάσῃ τέχνᾳ·
Αὐτὰρ ἐφαπτομένοις, ἦ φύσις ὄφρα φύσις.

In Tantalum. T. F.

Hic hoſpes quondam Superûm, conviva Deorum,
Nectareis cyathis Ambroſiáque ſatur.
Mortalem nunc ore vocat guttam: invida fauces
Deſerit, & miſeris defluit unda labris.
Ergo bibens (monet hic) myſteria diſce tacendi.
Has ſuperis pœnas garrula turba damus.

In ſtatuam Junonis. T. F.

E ſaxo volùit prudens formare novercam,
Saxea ne foveant ubera lacte nothos.

IN ICHARUM AHENEUM IN BALNEO STANTEM.

Juliani, I. Sleid. T. F.

Cera tibi vitam priùs abſtulit, Icare; vitam
Reddidit è cerâ denuò docta manus.
Ne quatias liquidum moneo ſuper aëra pennas,
Balnea ne fiant nomine clara tuo.

Cæl. Galcagninus.

AEmula ſermonis, fœx vocis, caudaque verbi

In ſtatuam Niobes. G. Lilius.

E viva ſaxum Dii me fecere, refecit
E ſaxo vivam denuò Praxiteles.

In armatam Spartæ Venerem. Jul. Auſonius.

Armatam Pallas Venerem Lacedæmone vidit.
Viſne ut judicium ſic meamus? ait.

Cu

Γάλλου εἰς Τάνταλον. δ.

Οὗτος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνέστιος, ὕστερον ὁ νηδὺς
Πολλάκις εὐκλαρέος πάσσατο χυμὸς πάλαι,
Νῦν λιβάδος σμικρῆς ἱμείρεται· ἡ φθονερὴ ϛ
Κεφὰς αἰεὶ χείλεις ὄζει ταπεινοτέρη.
Πῖνε, λέγει τὸ τύρβημα, μὴ ὄκχλα μάνθανε σιγῆς, mystères
Οἱ γλώσσῃ πρεσβεῖς ταῦτα κολαζόμεθα.

precipitate.

Εἰς ἄγαλμα. Ἡρω. δ.

Αὐτὸν ἐπεγλὼ τεχνήσατο· τοὔνεκα μαζὸν
Εἰς πόδας ὁ πλάστης ἔπεσε πικρὰ γάλα.

Εἰς Ἴκαρον χαλκοῦν ἐν λυκρῷ
ἐσάμωνον. Ἰουλιανοῦ. δ.
Ἴκαρε, κηρὸς μέν σε διώλεσε, νῦν δέ σε κηρῷ
Ἤγαγεν εἰς μορφὴν αὖθις ὁ χαλκοτύπος.
Ἀλλ' ἄγε, μὴ πλεραὶ πάλιν κατ' ἠέρα, μὴ τὸ λοιπὸν,
Ἠερόθεν πίπτων, ἰκάριον πέλαγος.

Εἰς ἄγαλμα Ἠχοῦς. Εὐόδου. δ.

Μῦθον ἀπολόγον, φωνῆς πτύγα, ῥῆμα θ' ὑρμήν. τρυξ. ἀπὸ δὲ ἐπι.

Εἰς ἄγαλμα Νιόβης. δ.
Εἰ ζωὴς με θεοὶ πτύξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο.

Εἰς τὴν ἐν Σπάρτῃ ἔνοπλον Ἀφροδίτην.
Ἰουλιάνου. δ.
Παλλὰς τὴν Κυθέρειαν ἔνοπλον ἔσπευ ἰδοῦσα,
Κύπρι, θέλεις δύτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα;

Cui Venus arridens, quid me temeraria temnis?
Vincere si possum nuda, quid arma gerens?

In statuam Mercurii. Xenocratis. T. F.

Mercurium quidam prece, quam non ligneus audit,
Ambiit; iratus statuam projecit; at aurum
Effluxit fractâ. Dat sæpe injuria lucrum.

In simulacrum Cupidinis. T. F.

Ex igne in flammas, factus sartago Cupido
Æreus, in pœnas splendida pœna cadit.

IN NUPTIAS.

Ignoti. T. Morus.

Qui capit uxorem, defunctâ uxore secundam,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.

Pauli Silentiarii. A. Vesalienſis.

Libera Virginitas sors est, & pura supellex,
Quam si omnes foveant, vita peribit iners,
Duc itaque uxorem, tibi fac succedat & orbi
Hæres legitimus; & fuge adulterium.

Dionysii. F. Bellicarius.

Tempore ama, uxorem duc tempore, tempore cessa.

Automedontis. I. Secundus.

Primus qui nulli quid debet; sorte secundâ
Est fœlix cœlebs; tertius orbus erit.

Si

Ἡ δ' ἀπαλὸν γελάσασα, τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν;
Εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω;

Εἰς ἄγαλμα Ερμοδ. Ξενοκράτους. δ.

Ερμείη ξυλίνῳ τις ἐπύχετο, καὶ ξύλον ἦεν·
Εἶτά μιν ἀείρας, χαμάδις βάλε· τὸν δ' ἀπὸ χρυσὸς
Ἐρρύσιν καταγέντα· ὕβρεις πόρε πολλάκι κέρδος.
Crisc. a. L. pass.

Εἰς ἄγαλμα Ερωτος. δ.

Χάλκειον τὶς Ερωτα μετήγαγε εἰς πυρὸς εἰς πῦρ,
Τήγανον ἁρμόζων τῇ κολάσει κολάσιν.
male à spir.

Εἰς Γάμον. Ἀδήλου. α.

Εἰ τὶς ἄπαξ γήμας, πάλι δὶς πέρα λέκτρα διώκει,
Ναυηγὸς πλώοι δὶς βυθὸν ἁλμυρὸν.

Παύλου Σιλεντιαρίου. α.

Καλὰ τὰ Παρθενίης κειμήλια. Παρθενίη δὲ
Τὸν βίον ἔλεσεν ἅν, πᾶσι φυλαξαμένη.
Τοὔνεκεν ἐνθέσμως ἄλοχον λάβε, καὶ πάντα κόσμῳ
Δὸς βεβιὼν ἀντὶ σίθεν· φάσγανα δὲ μαχλοσύνην.
μαχλος, libidin.

Διονυσίου. α.

Ὡρη ἐραῖν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

Αυτομέδοντος. α.

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων,
Εἶτα δ' ὁμῶς γήμας, τὸ τρίτον, ὅστις ἀπαῖς.

Si tamen uxorem quis habebit, dote receptâ,
Rectè erit, obtingat si tumulare malum.
Isthæc doctus abi: sape; quærere frustra Epicurum
Quæ tandem monades sint & inane, sinas.

Ignoti. I. Gorræus.

Quicunq; ducit conjugem, vivit miser:
Hoc quisq; dicit, & sciens ducit tamen.

IN SENECTUTEM.

Incerti. F. Bellicarius.

Parva cado vini reliqua est quæ portio, acescit,
Portio nectarei quæ fuit ante meri.
Sic totam exhausit qui vitam, est pronus ad iras,
Ipse suo tandem tristis acore senex.

Philonis. F. Bellicarius.

Canities cum mente decus: sine mente, senectæ
Canicies stolidæ conscia signa gerit.

Qui tacet, huic mentis sunt cani insigne: loquacis
Non minùs ac juvenum dixeris esse pilos.

Menecratis. T. F.

Nemo senectutem non optat; adeptus eandem
Culpat: quod retrò est charius esse solet.

IN ANUS.

Ignoti. T. F.

Si, Placiane, sapis, viduas venabere avaras:
Omnis anus locuples dives erit tumulus.

Laidis

Ἢν δ' ἀνοίξῃ γήμῃ τις, ἔχων χάριν, ἣν κατορύξῃ
Εὐθὺς πρὸ γαστρός, περῶσα λαβὼν μεγάλην.
Ταῦτ' ἀΐδως, σοφὸς ἴσθι· μάτην δ' Ἐπίκουρον ἔασον
Ποῦ τὸ κακὸν ζητεῖν, ἢ πόθεν αἱ μανίαι.

Ἄλλον. α.

Οὐκ ἔστ' γήμας ὅστις οὐ γεγαμέσθαι,
Λέγουσι πάντες, ἢ γαμοῦσιν εἰδότες.

Εἰς Γῆρας. Ἀνάστατον. α.

Ἂν ἀφιλειφθῇ μικρὸν ἐν ἄγγεσιν ἡλίου οἶνος,
Εἰς ὀξὺ τρέπεται τοῦτο τὸ λειπόμενον.
Οὕτως ἀρπάσας τὸν ὅλον βίον, ὡς βαθὺ δ' ἐλθὼν
Γῆρας ὁ φρεαβύτης, γίγνεται ὀξύχολος.

Φίλωνος. α.

Αἱ πολιαὶ σοὶ νῶ, γεραρώτεραι· αἱ χθὲς ἄτεκνος,
Μᾶλλον σὺ πολλῶν εἶ σὺν ὀπαδὸς ἔτης.

Αἱ τείχες, ἢν σιγᾷς, εἰσὶ φρένες· ἢν δὲ λαλήσῃς,
Ὡς αἱ τῆς ὕβρης, οὐ φρένες, ἀλλὰ τείχες.

Μισεκφάτοις. α.

Γῆρας ἐπὰν μοὶ ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,
Μέμφεται· ἔστ' δ' ἀεὶ χρῆσον ὀφειλόμενον.

Ἄλλον εἰς Γραΐας. β.

Γινώσκειν σὲ θέλω Πλανητὲ σαφῶς, ὅτι πᾶσαι
Ἐγχέλυος γραῦς, πλείονα ἐστὶ σοφή.

τὸ

Laidis donarium. Platonis. T. F.

Illa ego famosa & quondam formosa Corinthi
Gloria, tam multis Lais amata procis,
Nunc anus hoc speculum Veneri dico: quando videre
Qualis sum, nolo; qualis eram nequeo.

Lucilii. T. Morus & Velius.

Sæpe caput tingis, nunquam tinctura senectam,
Nunquam rugosas explicitura genas,
Desine jam faciem tibio depingere totam,
Ne larvam, haud faciem quis putet esse tuam.
Nil supereſt, tibi quid vis amens? nam te neque fucus,
Nec cerussa Helenam fecerit ex Hecuba.

IN GRAMMATICOS. *Palladæ.* T. F.

Grammaticæ quam non sit felix omen, Homeri
Auspicio, quinque & versibus hisce patet.
Iram primus habet, *curam exitiumque* secundus,
Tertius hinc *animas Tartara ad ima* premit.
Quartus habet *canibus laniata cadavera*, quintus
Vulturios, corvos, sævitiamque Jovis.
Qui pote, post diras & casus quinque, carere
Grammaticus curâ cordolioque potest?

Palladæ. T. F.

Grammatici peperit monstrosum filia fœtum,
Qui natus denatus erat, mas, fœmina, neutrum.

IN CALAMUM SCRIPTORIUM. T. F.

Planta fui sterilis, calamus sine fruge; nec uvas
Nec domino ficus, poma nec ulla dedi,
Me quidam asserüit Musis, crenamque labello
Strinxit, iter nigræ quo fluit humor aquæ.
Inde bibens nigrum laticem, quasi numine plenus,
Muto divinos profero ab ore modos,

In

Τὸ τῆς Λαΐδος ἀνάθημα. Πλάτωνος. ε.

Ἡ σὰ ποθ' ἑσπερίοις γελάσασα καθ' Ἑλλάδος ὄσσοις,
Ἔσπευδον ἐνὶ προθύροις Λαΐς ἔχουσα γέων,
Τῇ Παφίῃ, τὸ κάτοπτρον· ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω· οἵη δ' ἣν πάρος, οὐ δύναμαι.

Λουκιλλίου. β.

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, γῆρας δὲ σὸν ὔποτε βάπτῃς;
Οὐδὲ παρειάων ῥυπίδας ἐπλανύσεις.
Μὴ τόσον τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε,
Ὡς τὸ πρόσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστὶ τί μαίνεαι; ὔποτε φῦκος
Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην, Ἑλένην.

Εἰς Γραμματικούς. Παλλαδᾶ. α.

Ἀρχὴ γραμματικῆς, πυντάξιος ὅδε κατόρθα.
Πρῶτος, μίνιν ἔχει· δεύτερος, ὁλομίνην.
Καὶ κατὰ δ' ὁλομίνην, Δαναῶν πάλιν ἄλγεα πολλά.
Ὁ τρίτατος ψυχὰς εἰς ἀΐδην κατάγει.
Τῷ δ' τεταρτάκις, τὰ ἑλώρια, καὶ κύνες ἀργοί.
Πέμπτῳ δ', οἰωνοί, καὶ χόλος ἐστὶ Διός.
Πῶς ἂν γραμματικὸς δύναται μετὰ πέντε κατάρας,
Καὶ πέντε πλώσεις, μὴ μέγα πίθος ἔχειν;

Παλλαδᾶ. α.

Γραμματικὴ συζυγίη ἔτεκεν φιλότητι μαγεῖσα
Παῖδιον ἀρσενικὸν, ἁπλοϊκὸν, ἀδέτερον.

Εἰς Γραφίδα. α.

Ἥμισυ μὲν χρῶτα καλαμος φυτόν· ἐκ δὲ ἐμοῖο
Οὐ σῦκ' ἐρίφιον φύεται, ἀλλὰ γραφυλή:
Ἀλλά μ' ἀνὴρ ἐμύησ' ἐλικωνίδα, λεπτὰ τορήσας
Χείλεα, καὶ στενὸν ῥοῦν ὀχετευτάμενον·
Εἰς δὲ τὸ, ξυστὴ ποίμνι μέλαν ποτὸν, ἔνθεος οἶκα,
Πᾶν ἔπος ἀφθέγκτῳ τῷδε λέγω στόματι.

εἰς

Epigrammati huic ſuper inventō Calamo Scriptorio ſubjicere viſum eſt alti ingenii ſobolem, exactiq; *artificii carmen*, *Inventa Ἀθάνατα*, *idq; in gratam honoratámque Doct. Viri* Tho. Readi *memoriam: ne fortè verſus tam benè de Chartæ atque Typographiæ inventione meriti, & ipſi Typis non editi, intereant.*

QUiſquis erat meruit ſenii tranſcendere metas,
Et fati neſcire modum, qui myſtica primus
Senſa animi, magicis docuit ſignare figuris,
Et captiva novis includere verba tabellis.
Obſtupuere rudes animi, commercia linguæ
Abſentes agitare viros, mentiſque patere
Arcanas ſine voce fibras, interprete pennâ.
Candida perplexis diſtinguitur area ſulcis,
Et magicos atro tractus ſignante veneno
Vomer arat, raptus volucri quæ prodere rupem
Abnuit, enixis clivi in faſtigia Gallis.
Ligna æquata dabant primis conatibus arvum:
Mox Nili contexta biblos; tum Pergama pelles

Detraxe

Detraxere boum natis, & pumice ſcabro
Expoliere ſuperficiem, ſcribentis in uſum.
Denique compacta eſt nullo ſubtemine tela,
Exuperans candore nives, ætate metalla.
Ni ſitus immundus, tinea & jejuna noceret,
Pertundens opico ſinuoſa volumina roſtro.
Aſpice nunc viles ortus: Non mollia Seres
Fila dedere operi, non vellera portitor Helles:
Linteola è triviis trita & ſudore perufta
Maxillis contuſa molæ, (mirabile) cernas
Jura Modeſtini, Sophocliſque ediſcere verſus.
En Moſem & putri cretum lodice Maronem!
En centone ſatum Hippocratem, Tacitumq; cadurco!
Magnarum uſque adeo ſordent primordia rerum.
Deerat adhuc, quam nulla ſatis mirabitur ætas,
Ars cœlo delapſa viris, conſumere nata
Materiem, veloxque omnes tranſcribere libros,
Compoſitis, quadratâ acie, miro ordine ſignis.
Non ſic Emathiis inſtruxerat agmina campis
Parricida urbi Romæ, nec ductor Achivûm
Spurius Ammonis, tunc cùm male ſanus Eoum
Pellæis Macetûm demeſſuit enſibus orbem.
Nullus apex juſſo decedit limite, nulli
Inter opus ceſſare datur, ferventque maniplis

Caſtra

Caſtra ſuis. Foſsâ ferratóque aggere clauſa
Muta cohors primùm : mox ſuccis ora diſerta
Illita Palladiis, præliúmq; manúſque fatigant.
Nam cogunt tormenta loqui ; tandemque fatentur
Depoſitum, redduntque datas ſine crimine voces.
Abſque morâ canit *Arma virum* charta ebria lymphis
Caſtalidum, citiùs referens ſexcenta Maronis
Carmina, quàm celeris ſcriptoris arundine verbum
Expedias : longéque operis ſtat gratia major.
Penſatur quoque fruge labor gravis ille benignâ,
Namque uno partu videas ter mille gemellos
Effundi, mundóque trahi venalia toti
Scripta ſophûm : vitreo ſolus plus vertice Mœnus
Librorum quàm volvit aquas : Hæc præſtinat orbis,
Hora pares quoties adjungit lucibus umbras.
Omnia ſunt æterna typis : Emplaſtra Galeni,
Rauci jura fori, ſanctique oràcla Sionis,
Pieridum repperta novem. Proh ! quanta tuliſſet,
Cognita ſi priſcis, ars noſtræ commoda vitæ.
Dimidio minor eſt Tacitus : plus mœret ademptum
Livius, & toto conſumptus corpore Trogus
Vindicat à tenebris, tanti niſi nominis umbram.
Heu ſeclum inſcitum ! ſervaſſe monaſtica nobis
Retrimenta, ſenum laqueos, laqueoſque juventæ :

Extinxiſſe

Extinxiſſe autem certiſſima lumina vitæ
Rapta polo, Phaetonteis accenſa quadrigis
Heroum manibus, genuit quos maximus Hermes.
Sic lolium, ſic lappa virent, & ſemine vili
Perpetuant ſobolem, nulla formidine mortis
Narciſſus, ſuaveſque roſæ, ceſſante labore,
Expirant, penitúſque animas per inania fundunt,
Ambroſias animas, nec ſpes datur ulla renaſci.
O Dea quæ ſervas pereuntia dentibus ævi,
Fare, quis ingenio mirandas excudit artes,
Quem ſuperum primo rex eſt dignatus honore?
Laus veterum eſt, meruiſſe omnis præconia famæ,
Et ſpreviſſe ſimul; ſeſe extra quærere neſcit
Mercedem virtus: Minus eſt quodcunque rependas.
Vilia tollit humo venalis buccina plebis
Facta virûm, ſudatque premens ingentia livor.
An veluti, unde fluunt mediocria flumina, primæ
Monſtrantur ſcatebræ, Nili ignoratur origo
Æthiopum ſemota jugis; ſic maxima rerum
Scire nefas, cauſaſque Deo tranſcribere par eſt,
Humanum in cyclicis minimiſque ſeneſcit acumen.

IN MULIERES.

Palladæ. T. F.

Est Jovis irati mulier donum, ignis ob ignem,
O si ignis nullus, fœmina nulla foret!
